

1207
20.
DISPUTATIO JURIS

FEUDALIS SYNO-

PTICA

Quam

1613 6

Divinâ aspirante gratiâ

**In celeberrima Wittebergensum Aca-
demia.**

S U B P R A E S I D I O

Helfrici Ulrici Hunnij,

Marpurgensis Hassi, J. U. D.

Publici exercitij gratia proponit

Thomas Schröer Neapolitanus Silesius.


In auditorio Iectorum ad diem 8. Januarij
6 Febr. 12
horis matutinis.

WITTEBERGÆ

Typis exscrispsit Andreas Rüdinger,

*Totius librum excipit: In Bergum ad eum conatus Westphal
derius locutus: et locutus A. N. O. ex corde dicitur: de debito
et debitis: ut C. I. O. R. I. dicitur. Q. X. III. folio 100 recto
completus: et amissis: et raro: et raro: et raro: et raro:*

Prostern
Dni Go
Ruris
de: Con
annem
fere: im
lani: i
mativ
inore:
y: i
lent:
du: Dic
a: X



Disputatio Juris Feudalis

Synoptica.

TESIS I.

Institutum Feudorum sapientissimum, & ad imperium conservandum tuendumq; imprimis utile ac necessarium esse, agnoscunt & testantur ipsi Imp. Fridericus & Lotharius *in tit. 52.*

& *ss. lib. 2. Feud.*

2. De origine autem Feudorum, ad quodnam tempus ea referri debeat, et si variae extent ac prope infinitæ FF. opiniones, illorum tamen ceteris anteferēda viderur sentēria, qui à Longobardis circa annum Christi 568. Italiam invadentibus, eam repetendam existimant. *Duaren. de Feud. C. 3. n. 4.*
Vvesenbec. defend. c. 3. Petr. Heig. part. I. Quest. I. n. 31.

Origo
Feudo-
rum.

3. Jus ipsum feudisticum à Longobardis primitus introductum & post à Romanis approbatum, progressu temporis, partim aliorum popolorū consuetudinibus, partim vero Imp. constitutionibus auctum ac locupletatum, & tandem in scripturam redactum & libris quibusdam, ordine quantumvis vario & incerto comprehensum fuit: Quorum liberorum compilatores & conscriptores vulgo constituant Obertum de Otto & Gerhardum Nigrum Coss. Mediolanenses: Quidam solum Obertum: Nonnulli Imperatorem quendam Romanum: Sed

Conscri-
ptores Ju-
ris feuda-
lis.

A 2 rectius

rectius forsitan alij hominem quendam incertum
privatum , privata authoritate jus istud compilan-
tem. Hartman. Pistor. lib.2. Ques.34.n.17. Hotom. in
præfat. comm. de feud.

4. Interim tamen hinc inferre minimè licet,
jus nostrū feudale consuetudinarium & Non scri-
ptum esse , cùm vim suam & authoritatem à sola
Imperatoria majestate ejusdemque approbatione
vel tacita, velexpressa obtineat. Schrader. in tractat.
feud. part.2. sect.3. n.114. & seqq. *Inde* criam authoritas hujus juris in Impe-
rii Romano eadem est, quæ juris civilis & legum
Romanarum tit. 1. lib.2. F. Duaren. in tractat. feud. c.
n.5. Sonsbec. part.1. n.22. Zasius in prelud. Epit. feud.
n.2. Borcholt. in comm. feud. cap.2. n.30. Adeo ut tam
Ecclesiasticas, quām seculares personas ad sui obser-
vantiam obstringat. cap. ceterum extr. de judic. cap.
verum. cap. Ex transmissa. de foro compet. Vult. de feud.
cap. 1. n.8. Sonsbet. part. 1. n.26. Sneidev. vin. part.1. n.6.
Schrader. part.1. n.26. Et non modò in materia & cō-
troversijs feudalibus; sed etiam extra eas, in con-
troversijs civilibus, dummodo contrarium in jure
civili decisum non reperiatur, allegari possit. tit.1.
lib.2.F. Intrigl. de feud. ques.11. Borcholt. de feud. cap.2.
n.31. & seqq. Vult in comm. feud.lib.1. cap.1. n.9.

6. Sicut & vice versa jus civile ad decidendas
controversias feudales, quoties jus feudale omni-
nō deficit, allegabile est d. tit.1. Curt. Jun. de feud.
part.5. ques.4. Schrader. part.1. ques.4. Quo casu si
forsitan jus civile à Canonicō dissentiat, sunt qui
Canonicum civili præferendum existiment; sed nos
civile

civile Canonicō antefere nil dubitamus, in quo-
cunq; tandem soro versemur, seculari, an Ecclesia-
stico. Molin. in consuetud. parisensibus §. 1. Gloss. 5.

n. 72.

7. Hęc tamen, quę hactenus de authoritate
juris feudalis differuimus, de ordinarijs solū texti-
bus exaudiri, ad extraordianria verò capitula ne-
quaquam trahi debent, ut quę neq; exp̄ressè, neq;
tacitè ab eo qui legem condendi potestatē habet,
unquam fuerint approbata. Vide Ryttershus. in par-
tit. feud. lib. 2. cap. 1. quest. 34. Hartman. Pistor. lib. 2. quest.
15. n. 45. & quest. 13. n. 59.

8. Nomen feudi à fide seu fidelitate, feudi sub-
stantiali formā, derivari, author est ipse Feudista in L
tit. 3. lib. 2. Feud.

9. Ipsū verò feudum, missis aliorum defini-
tionibus, sic ex Feudistę sententia definiendum ar-
bitramur, quod sit ususfructus rei immobilis seu
æquipollentis sub conditione fidei & servitorum
constitutus. Vult. lib. 1. comm. feud. cap. 1. n. 9.

10. Dividitur feudum I. in Masculinum & Fœ-
mineum: quorum illud dicimus quod à masculo:
Hoc verò quod à fœmina primū acquisitum est.
tit. 30. & 50. lib. 2. Feud. Rosenthal. in Synopsi feudali cap.
2. concl. 6. & 7. Sonsbec. part. 3. n. 23. Bocer. de qualit. &
different. feudi cap. 2. n. 39.

II. Dividitur 2. in Novum, quod Vasallus pos-
sessor ipsemēt primū vel novā investiturā, vel
præscriptione acquisivit; & Vetus, quod ab alio pri-
mitus acquisitum Vasallus ex successione possidet,

tit. 8. §. fin. lib. 1. F. & tit. 3. lib. 2. Feud. Bocer. d. tractat.

Nelagius sp̄cialita loco pris̄ non habet. Propt̄. c. 5. 7. , q̄a stric̄. sp̄cialita non p̄dicitur
in legi articulis, sed genito id pr̄dictum dicitur. & propt̄. 3. 5. 9. & c. 6. 1. 8.
Ata n̄m̄. Et sp̄cialita, q̄a in vno milione dicitur, hanc cap. 1. non habet com-
p̄tū in domino conferuentia vnde. Et sp̄cialita, q̄a in vno milione dicitur, nec cap. 1. non
habet sp̄cialita, communis, q̄a in vno milione dicitur, de 2. sef̄a. babilon, et ab 2. feudis in feodi
sp̄cialita, acquisitum possit. Et vñiat. Et vñiat. Et vñiat. Et vñiat. Et vñiat.

Aut feodum aut servus. Et est agere. Et est agere.

Notatio
feudi.

Definitio
feudi.

Divisiones
feudi.

de qualitat. & diff. feud. cap. 5. n. 77. Hoc rursus quidam subdividunt in *Paternum* & *Antiquum*; quam tamen divisionem alij non sine ratione rejiciunt.
Hartmann. Pistor. 2. quest. 5. n. 2. *Schrader. part. 2. c. 3.*
n. 39. *Vult. de feud. lib. 1. cap. 8. n. 5.* *Bocer. in d. c. 5. nu.*
80. & seqq. Eti autem feudum novum concedi possit jure feudi antiqui; Non tamen versa vice feudum antiquum concedi potest jure feudi novi; cum hic proximis perjudicaretur agnatis; Illic vero non item. *Borcholt. in comm. feud. cap. 4.* *Ritterhus. in part. feud. lib. 1. cap. 4. n. 15.* *Duaren. in comm. feud. cap. 4. num. ult.* *Bocer. in trattat. de qualit. & differ. feud. cap. 5. n. 91.* *Fachin. 7. contr. 58.*

12. *Terio*, Feudum dividitur in *Nobile*, quod concessum est ab eo, qui simul potestate & voluntatem habet una cum feudo nobilitatem vasallo conferendi; Et *Ingnobile* quod ab eo concessum est, in quo alterutrum illorum defecerit, *Vult. in d. lib. 1. cap. 8.* Nobile feudum rursus subdividitur in *Regale* & *Non-Regale*: Illud dicitur feudum nobile supremi principis autoritate concessum cum dignitate Regali: *Non-Regale*, quod auctoritate summa concedum est cum dignitate, quae regali est inferior, *Vult. d. cap. 8.*

13. *Quarto in Ligium*, quo accipiens ad fidem & operam seniori adversus omnes homines nullo penitus anteposito obstringitur; Et *Non-Ligium*, ratione cuius duo servitia debentur, quibusdam personis exceptis, ut antiquiore Domino & cognatis. Quanquam si res omnis acura

curatus perpendatur, dicendum omnino videatur
hanc divisionem fundamento destitui, & ab In-
terp: quibusdam confitati esse, ut hoc eruditè &
eleganter elegans, *Hotomann. in disputat. feud. cap. 7.*
ostendit.

14. *Quinto dividitur feudum in Hereditarium*
& *ex pacto ac providentia*: Quam divisionem, licet
nonnulli maxime è recentioribus, multis rationi-
bus impugnent, sustineri posse existimamus, si feu-
dum ex pacto & providentia illud dicatur in quo suc-
ceditur jure sanguinis secundum dispositionem
juris feudalium: *Hereditarium* vero in quo ex conven-
~~tione~~ jure hereditario succeditur ~~juxta dispositio-~~
~~nem~~ *juris civilis* *Vult. de feud. lib. 1. cap. 2. n. 25.*

15. *Sexto dividitur feudum in Ecclesiasticum & se-
culare*: Illud definimus quod in re Ecclesiastica: Hoc
vero quod in seculari constitutum est. *Vult. d. cap. 8. cir-
ca finem. Johan. Linckius in tractat. feud. part. 1. n. 24.*

16. *Septimo in feudum in Curt. & extra Curtem*:
In curte feudum dicitur quod Vasallus in Domini
territorio possidet. *Extra Curtem*, quod habet in
prædiis extra territorium Domini sitis. *Henricus Bo-
cerus in d. tractat. de qualit. & diff. feudi c. 4. n. 43. & seq.*

17. *Octavo & ultimò feudum dividitur in propri-
um*, quod habet natura feudi propriam, quodq; se-
cundum jus feudorum commune datu concessumq; est;
Et *Improprium*, quod à propria & communia feudorum
natura degenerat tit. 33. & 48. lib. 2. *Feud.* In dubio
autem, cum satis non constat feudum proprium sit;
an vero improprium, pro feudo proprio presumitur.
Arg. I. Nō aliter 69. ff. de legat. 3. Menoch. lib. 3. præsumpt. 95.

Quan-

Quanquam statutum de feudo in genere conceptum ad feudum, quoq; impro prium, nisi diversitas ratio diversum suaserit, extendendum videtur.
l. 32. in pr. ff. ad L. Aquil. Vide Rosenthal. in synopsi feudali cap. 2. conclus. ult.

Qui feu da dare possint.

18. Feudum dare possunt in universum omnes qui liberam habent bonorum suorum administrationem tit. 3. lib. 2. Feud. Adeò ut nihil referat feudū concedens rusticus sit & plebejus, an Nobilitate & dignitate coruscans, Zas. in Epit. feud. part. 2. n. 2. Borcholt. de feud. c. 6. n. 9. Sonsbec. part. 6. n. 15. Bocer. tractat. de investitura feudi cap. 3. n. 113. Foemina an masculus tit. 1. lib. 1. Feud. tit. 3. §. 1. v. saminam lib. 2. Feud. Vult. d. lib. 1. cap. 3. n. 9. Duaren. de feud. cap. 6. n. 11. Zas. part. 5. n. 33. Paterfamilias an filius fam. Hic enim cum bonorum suorum castrorum & adventitiorum, quorum proprietas plena ad ipsum pertinet, liberissimam habeat administrationem. Nov. 117. cap. 1. §. 1. & l. 7. & s. §. 5. vers. filius a. familias C. de bon. qua lib. Dubitare non licet, quin de iisdem etiam bonis feudū dare queat. tit. 3. in pr. lib. 2. F.

19. Hi vero omnes feudum dare possunt, tam per se quam per procuratorem, cui de hoc vel spe ciale mandatum dederint; vel universorum bonorum liberam administrationem commiserint d. tit. 3. lib. 2. F. junct. lib. 58. ff. de procurat. l. 9. §. 4. ff. de acquir. rer. dom. §. Nihil Infrit. de Rer. divis.

20. Contra vero qui bonorum suorum liberam administrationem non habent, nec ea in feudum dare possunt d. tit. 3. Ejus generis sunt minores 25. annis curatores habentes, furiosi, mente capti

capti & prodigi: Qui cùm , ne quidem authoritate & consensu tutorum & curatorum, res suas alienare possint l.22. ff. de administrat. tut. Consequens est ut nec eorundem consensu & authoritate de bonis suis feudum dare valeant.

21. Vetus tamen feudum minores, dummodo ejus etatis sint, ut intelligent quid agant, etiam sine tutoribus & curatoribus renovare possunt, arg. tit. 3. lib. 2. Feud. Zaf. in Epitom. feud. part. s. Vult. in comm. feud. cap. 3. n. 7. Furiosis autem mente captis & prodigis ne quidem consensu curatorum id licet; de Infante aliud dicendum. l. In negotiis ff. de R. J. junct. l. 32. ff. de acquir. vel amitt. heredit.

22. Quin nec tutores & curatores, quos alias dominorum loco esse constat. l. 50. §. 4. ff. de furt. l. 27. ff. de admin. tut. de bonis illorum, quos sub tutela & cura habent feudum novum dare possunt. arg. d. l. 22. C. de admin. tut. Vetus tamen renovare queunt. Zaf. in Epit. feud. part. s. n. 40. & seq. Vult. lib. 1. comm. feud. cap. 3. n. 2. Sonsbec. part. 5. n. 28. Sneidevvin. in Epit. feud. part. 3. n. 80. & seq.

23. Mutum & surdum et si alicubi neget Hotomann. feudum dare posse; Contrarium tamen absque dubio verius est. arg. l. 33. §. mutus ff. de donat. & d. tit. 3. Vult. d. cap. 3. Viae Francijc. Hotom. in disputat. feud. cap. 11.

24. Feudum accipere possunt omnes indistincte tit. 3. §. 1. v. personam lib. 2. Feud. tive foeminæ sint, sive masculi. Sonsbec. part. 7. n. 17. Duaren. in comm. feud. cap. 5. n. 15 Zaf. in Epit. feud. part. s. n. 65. Vult. cap. 4.

n. 5. Sive majores, sive minores, in tantum ut & in-

Qui feuda
accepere
possunt.

B fans

fans auctoritate sui tutoris feudum acquirat. arg. l.
32. ff. de acquir. hereditat. Sncidevvin. in Epit. feud part.
3. n. 100. Intrigl. de feud. quæst. s. 4. n. 29. & seqq. Et multo
magis igitur impuberes infæciae ac pubertati proximi-
m: Quos tamen absque tutorum suorum auctoritate
feudum accipiendo nihil agere, certum est. arg.
l. 1. ff. de minor. pr. Instit. de Curat. l. 3. C. de refit. in in-
tegr. min. & tot. tit. Instit. & ff. de auctor tutor.

44. 25. ~~Ne~~ refert quicquam servi sint, iisque pro-
prij vel alien: an homines liberi. d. tit. 3. vers. persona.
lib. 2. F. Vult. d. lib. 1. cap. 4. n. 7. Sonsbec. part. 7. n. 21.

26. Patres fam. an Filij fam. quos feudum acce-
ptum sibi retinere nec patri de eo quicquam acqui-
rere, juris nostri fundamentis consentaneum vide-
tur. arg. tit. 23. in fine lib. 2. F. Authent. excipitur C. de
bonis quæ lib. Schrader. part. 7. cap. 6. n. 6. & seqq. Vult. d.
cap. 4. n. 4. Borcholt. de feud. cap. 5. n. 48.

27. Et sive nobiles sint atque in dignitate ali-
qua constituti, sive plebeij infimique ordinis ho-
mines. Sonsbec. part. 7. n. 19. Intrigl. quæst. s. 4. n. 65. Zaf.
in Epit. feud. part. 5. n. 68.

28. Sive Clerici sint, sive seculares. Wesenbec.
in comm. feud. cap. 5. n. 2. Vult. d. c. 4. n. 9. Borcholt. cap. 5.
n. 49. Bocer. de investit. feud. c. 3. n. 145.

29. Et deniq, sive corpore animoque perfecti
sint, sive imperfecti, ut sunt muti, surdi, cœci, clau-
di, aliove membro truncati aut mutilati, itemque
Furiosi, mente capti & prodigi: quorum hi tamen,
quoniam nullum illorum est animi judicium, non
ipsimet suo nomine, sed nomine illorum, curatores
feudum accipiunt. arg. l. 5. ff. de R. Jur.

30. In

30. In feudum dari possunt non nisi res soliant solo cohærentes, sicut quæ inter immobilia connu-
merantur. tit. 1. vers. sciendum. lib. 2. Feud. In mobili-
bus itaque rebus feudum constitui nequit, ac ne
quidem improprium feudum sub cautione, qua res
usu consumptibiles in usum fructum concedi solent.
arg. tit. 23. in fine lib. 2. F. Zas. part. 4. n. 21. Rittershus. in
parit. feud lib. 1. cap. 7. quest. 3. Schrader. part. 3. cap. 1. n. 7.
Wesenbec in com. feud. cap. 7. Et ideo nec in pecunia ex
feudo redacta feudū consilere potest. Borcholt. in
com. feud. cap. 5. n. 10. Vult in com. feud. lib. 1. cap. 5. n. 18.

Quæ res in
feudū dari
possunt.

31. Restamen mobiles immobilib. adhærentes,
ut ait Feudista, licet in feudum conceduntur. Ejus
generis sunt fructus a fundo feudali ~~nō dū separati~~.
l. 44 ff. de usar. & fructibus. itemq; jura realia seu rei
immobilis inhaerentia. Vult. lib. 1. cap. 5. n. 4. Borcholt.
cap. 6 n. 10. Zas. in Epitom. feud. part. 4. n. 4.

32. Iurisdictio autem, quæ nec castro nec terri-
torio, sed personæ cohæret, non intelligitur in feu-
dum concessa, dato aliqui in feudum castro aut ter-
ritorio. arg. l. fin. ff. de offic. prefec. urb. l. eum qui 13 §. 1.
ff. de jurisd. vide Boceu in tractat. de qualit. & diff. feudi
cap. 4. n. 31. & in tractat. de Jurisdict. cap. 8. n. 15. & seqq.
Nisi expreßè territoriu aut castrum cum jurisdicti-
one in feudū sit concessum: Quo casu unā cum ca-
stro & territorio non solum jurisdictionem simpli-
cem, sed mixtum etiam imperium in Vasallum
transferri expeditum est. arg. l. 1. in fine & l. fin.
ff. de offic. ejus cui mand. est jurisdict. Matth. Stephani
in tractat. de jurisdict. lib. 1. cap. 38. n. 9 & 10. Sed num
B 2 etiam

etiam imperium merū? Negamus, arg. d.l.i.in princ.
ff. de offic. ejus cui mandat. Menoch lib 3. præsumpt. 97.
n. 15. & seqq. Bocer. in d. tractat. de Jurisdict. cap. 8. n.
7. & seqq. Proterquam si plenissima & omnimoda
Iurisdictio cum castro & territorio concessa sit, l.
7. §. fin. ubi Anton. Fab. in Rational. ff. de offic. procons.
Math. Stephani in d. cap. 38. n. 11. Muscorn. in tractat.
de Jurisdict. n. 24 cum seqq.

33. Inter immobilia connumerantur 1. pecu-
nia quam princeps alicui ex suo ærario annuatim
sub conditione fidelitatis ac servitorum præstan-
dorum concedit. 2. Vinum, oleum, frumentum,
quæ ex penuario suo, horreo vel cellario fidelitatis
ac servitorum præstandorum nomine alicui largi-
tur, tit. 1. in fine lib. 2. Feud. Borcholt. de feud. cap. 6. n. 13.
Schrader. part. 3. cap. 3. n. 2. 3. panes civiles, qui cer-
to tempore dantur his qui tesseram frumentariam,
id est certæ rei signum adferunt, Sonsbec. de feud.
part. 8. n. 25. Zas. in Epit. feud. part. 4. n. 14. 4. Annu-
reditus arg. l. fin. §. jubemus. C. de SS. Eccles. l. si quis
inquilinos ff. de legat. 1. 5. Denique actiones de rebus
immobilibus competentes, Borcholt. de feud. cap. 6. n.
16. Vult. d. cap. 5. n. 8. Schrader. part. 3. n. 2 & seqq.

34. Atq' res istæ quas hactenus in feudum dari
posse diximus, sive prophana sint, sive ecclesiasti-
cæ, in feudum recte conceduntur, dummodo præ-
lati Ecclesiæ rem ecclesiasticam in feudum dantis
antiquitus consuetudo fuerit rem ecclesiæ infe-
date. tit. 1. & 6. lib. 2. Feud. Vult. in d. cap. 5. n. 14. versic.
verum enim vera. Quo casu capituli consenium præ-
lato minimè necessarium esse arbitramur. arg. d.
tit.

tit. i. & 6. & cap. ex parte 2. extra de feud. Rosenthal. in
synopsi feudali cap. 4. conclus. 2r. Duaren. in comm. feud.
c. 6 n. 4. Vult. caps n. 14. Wesenb. in comm. feud. cap. 7.
n. 5. Ad hoc autem ut prælatus consuetudinem habeat res Ecclesiae infeudandi quantum temporis
quotque actus requirantur, judicis arbitrio relin-
quimus dijudicandum. Menoch. lib. 2. arbitr. judic.
quest. casu 8r.

35. Constituitur feudum duobus modis Con-
ventione & successione: Conventio ista sit aut sim-
plici promissione, aut solerni stipulatione. §. 4.
Instit. de servit. præd. §. 1. Instit. de usufruct. Hac feu-
dum constitui dicitur cum inter duos convenit, ut
unus rem immobilem alteri utendam fruendam
concedat; accipiens vero vicissim, pro hoc benefi-
cio, servitia illi & fidelitatem præstet. arg. tit. 23. in-
fin. lib. 2. F. illa vero pactio nec contractus est neque
pactum legitimum, adeoque inefficax est ad actionem
producendam. l. 7. §. 2. junct. l. 6 ff. de pact. vult.
d. lib. 1. de feud. cap. 7. n. 14.

36. Successione feudum non acquiri, sed con-
stitui solum per textibus probatur, in quo successo-
ri & heredi feudali ad acquirendum & obtinen-
dum feudum investitura necessaria esse dicitur, è
quibus vide tit. ss. §. præterea si quis, & tit. 52. in fine
lib. 2. Feud.

37. Etsi autem jure communii successio duplex
est, ex testamento & ab intestato. pr. Instit. de hered.
qua ab intest. defer. l. 39. ff. de acquir. vel omitt. heredit.
Valentin. Forster. in tractat. de success. lib. 1. cap. 7. & 8.
Moribus tamen feudorum ex testamento non.

Quibus
modis feu-
dum con-
stituitur.

Successio
feudalis.

B 3 succe-

succeditur, nec nulla ordinatio defuncti in feudo va-
let manetve. tit. 8. in pr. lib. 1. Feud. Quamcumvis prin-
ceps ordinationem defuncti ratam esse jubeat. arg.
l. 13. §. 1. ff. comm. prad. l. 2. C. pro quibus causis servi pro
pram. tit. 7. in pr. & tit. 13. lib. 1. Feud. Aut Dominus
feudi in ordinationem consentiat. Nisi & prox-
imi agnati eandem approbent; vel feudum no-
vum sit. arg. tit. 39. lib. 2. Feud. Sneidervin in Epit.
feud. part. 6 n. 5. Hotomann. in d. tit. 8. lib. 1. Feud. Aut
hereditarium, Vult. lib. 1. Feud cap. 9. n. 74. Quan-
quam feudo legato heredem ad estimationem feu-
di praestandum teneri verius sit. arg. l. 114. §. 5 ff de
legat. 1. vide quae scribit. Donell. ad l. multum interest 34.
ff. de 8. signif.

38. In feudis igitur sola intestati successio lo-
cum sibi vindicat; in qua prima causa est liberorum
sive descendantium. tit. 11. lib. 2 F. Conrad. Rittershus.
in partit. feud. lib. 1. cap. 12 q. 1. Borcholt. in tractat. feud.
cap. 7. tit. de succ. n. 10. Qui etsi dispari sunt gradus
æqualiter atque in capita succedunt. d. tit. 8. in prin-
cip lib. 1. F. ita ut parens vasallus neque disponere pos-
uit ut inæqualiter succedant. d. tit. 8. Borcholt. d. cap.
7. tit. de succ. feudi num. 3. & 4. Zas. in Epit. feud.
part. 8. num. 60. Neque uni ex filiis totum feudum
assignare valeat. d. tit. 8. ubi Hotomann. Ros. in synopsi
feud. cap. 7 conclus. 3.

39. Neque hic distinguitur inter liberos suos &
Emancipatos. d. tit. 11. lib. 2. F. juncta Nov. 118 cap. 1.
Duaren. defend. cap. 11. n. 3. Borcholt. d. cap. 7. tit. de suc-
cess. n. 15. Rittershus. in partit. feud. cap. 15 quæst. 1. Insti-
tutos, præteritos & exhaeredatos. d. tit. 8. lib. 1. Feud
sons

Sonsbec. part. 9. n. 61. Vult. de feud. cap. 9. n. 96. Adeuntes patentis hereditatem & abstinentes. Arius Pinell. in l. i. C. de bon. matern. part. 3. n. 85. Gail. 2. observat. 154. Hotomann. ad tit. 45. lib. 2. F. & in disputat. feud. cap. 19. praterquam si feudum hereditarium sit. arg. tit. 45. lib. 2. Feud.

40. Admittuntur tamen ad feudi successorem liberi tantum legitimè nati. tit. 26. §. Naturales ubi Hotom lib. 2. feud. Hermann. Vult. lib. 1. de feud. cap. 9. n. 91. Rittershus. in d. lib. cap. 13. q. 1. a. 3. Non igitur Adoptivi. d. tit. 26. §. Adoptivus; ibidem, Hotomann. Alvarott. Schenck. Baro & Cajac. lib. 2. Feud. Zasius in Epitom. feud. part. 8 num. 14. Vult. d. lib. 1. cap. 9. nu. 90. Nec legitimatus à quocunque tandem & qualitercumque legitimatio facta sit. d. tit. 26. §. Naturales. Vult. d. cap. 9. n. 91. & seqq. Rittershus. d. cap. 13. quest. 3. Nisi illi consenserint de quorum prajudicio agitur. Vult. in loco prox. citato. Non denique ad feudi successionem admittuntur Clerici, Monachi, surdi, muti, furiosi, ceteriq; imperfecti & ad serviendum inhabiles. tit. 30. lib. 2. F. ~~Friari~~ si per substitutum servitia præstare velint. Vult. d. cap. 9. n. 67. Sonsbec. part. 9. n. 115. Fachin. 7. controversial. In feudum tamen francum atq; in ejusmodi feudum cuius servitia æquè com mode præstare possunt eos succedere, nulla ratio prohibet. arg. tit. 21. in fine lib. 2. F. Vult. d. c. 9. n. 67. Sc cus in feudū empiritium. arg. d. tit. 21. & tit. 30. lib. 2. F. Vult. d. n. 67. Et fœmineum.

4. Deniq; à feudi successione removentur regulariter filia, Et in genere fœminis ad feuda nullus patet aditus. tit. 1. §. 3. tit. 8. §. filia. tit. 24. lib. 1. F. tit. 30. & 50. lib.

lib. 2. Feud. Adeo ut & liberi, quantumvis masculi, ex illis descendentes à feudi successione repellantur. Vult. d. cap. 9. n. 27. Licet primus acquirens feudum pro se suisque heredibus aut descendantibus acceperit. arg. tit. 13. §. et si clientulus lib. 1. feud. tit. 26. §. Titius tit. 34. §. 2. lib. 2. Feud. Vult. d. cap. 9. n. 28. Zaf. part. 8. n. 30. Sensib. part 9. n. 151. Atque hoc procedit non solum in feudo proprio; sed etiam in impro-
prio. arg. tit. 48. lib. 2. feud. Zaf. d. part. 8. n. 7. Duar. c. 29. cap. 10. n. 7. Vult. d. c. 9. n. 45. Ut in feudo Franco. Zaf. d. part. 8. n. 44. Duaren. d. n. 7. Borcholt. d. cap. 7. tit. de
success. n. 68. In feudo Ligio. Vult. d. ap. 9. n. 34. Borcholt.
in comm. feud. cap. 7. n. 70. Et in feudo Emptitio. Fa-
chin. 7. controvers. 37. Borcholt. in comm. feud. d. tit. de
success. feudi n. 65. Rittershus. in part. feud. lib. 1. cap. 14.
quest. 2.

42. Excipitur solum feudum fœmineum; Et illud feudum quod hoc tenore hacque conditione primitus datum acceptumq; est, ut in illud & fœ-
mine succederent. tit. 1. §. 3. lib. 1. Feud. tit. 11. & tit. 50.
lib. 2. Feud. Zaf. part. 8. n. 38. Borcholt. d. cap. 7. tit. de suc-
cess. n. 65. In hac quippe feuda fœminæ illarumque
progenies succedant, etiam sine speciali pacto. tit.
8. lib. 1. Feud. tit. 11. 30. & 50. lib. 2. Vult. cap. 9. n. 40. Non-
tamen prius quam si masculi omnes defecerint. d.
tit. 8. §. filie. Rittershus. lib. 1. partit. c. 14. q. 2. quamvis
feudum ab initio sic datum fuerit, ut fœminæ cum
masculis succedant, arg. tit. 6. §. 1. & tit. 8. lib. 1. Feud.
junct. 1. 36. §. 2. ff. delegat. 1. l. 40. ff. de usu & ususfruct. le-
gat. Duaren de feud. cap. 10. n. 9. Fachin. 7. controvers. 43.
In tantum ut & masculus ex fœmina descendens
fœmi-

fœminam excludat. tit. 17. lib. 2. feud. Duaren. d. cap. 10. n. 10. Borcholt. d. tit. de success. n. 75. Fœmina quæ per masculum semel exclusa in perpetuum maneat exclusa. tit. 6. §. quinetiam. lib. 1. Feud. Bocer. de investit. feudi cap. 5. n. 62. Fachin. 7. contr. 43. Harpr. ad pr. Instit. de hered. quæ ab intestat. defer. n. 143. Etiam si masculus ille mox evivis rursum decesserit. arg. tit. 6. §. quinetiam junct. Iuxoris abortu. C. de posthum. hered. instit. l. 6. C. de Instit. & substit.

43. Post decedentes jure communi in bonis allodialibus succedunt Ascendentes. Novell. 118. c. 2. sed hi à successione feudi penitus removentur. tit. 50. lib. 2. Feud. Rittershus. in d. lib. 1. partit. feud. cap. 13. q. 9.

44. Proinde defientibus liberis, sive descendebus, succedit int Collaterales. tit. 11. lib. 2. Feud. Rittershus. in d. c. 13. in princip. Si modo feudum antiquum est. Nam in novo nil sibi juris vindicant agnati. d. tit. 11. & tit. 39. lib. 2. F. Vult. c. 9. n. 119. Fachin. 7. controvers. 6.

45. Inter hos verò primum locum obtinent fratres defuncti, tam consanguinei, quam germani. d. tit. 11. Vult. d. c. 9. n. 108. Harpr. ad d. pr. tit. 7. de hered. quæ ab intestat defer. n. 350. Rittershus. d. lib. 1. partit. feud. cap. 16. q. 5. Cum quibus concurrunt fratribus prædefunctionib[us] liberi. d. tit. 11. lib. 1. F. inter eos que divisio sit in stirpes non in capita. d. tit. 11. junct. Nov. 118. c. 3. Vult. d. c. 9. n. 109. Rittershus. l. c. 16. q. 12. secus cum fratribus liberi soli concurrunt. d. cap. 3. Rittershus. d. cap. 16. quest. 12. Fachin. 6. controver. 3. Harpr. ad d. princip. n. 371.

C

46. Post

Quib. mod.
feudū ac-
quiratur.
Et de Inve-
stitura.

46. Post fratres, fratrumq; liberos successio
feudi ad cæteros devolvitur collaterales: qui salvâ
gradus prærogativâ in infinitum succedunt. tit. 1. §.
4. in fine lib. 1. F.

47. Acquiritur feudum unico modo, nempe
Investitura. tit. 25. & 33. lib. 2. F. Quæ nihil aliud est
quam traditio & cessio feudi solennis, per quam
Dominium feudi in vasallum transfertur. Vult. lib. 1.
de feud. c. 7. n. 7. post Cujac. in tit. 1. lib. 1. F. Cui conse-
quens omnino est, investituram contractum non
esse cum contractus dominium non transferat. l. 3.
ff. de obl. & act. l. 20. C. de pac. Duar. c. 7. n. 2.

48. Dividitur investitura i. in novam & veterē,
quarum hæc renovatio investituræ appellari co-
suevit. Illa dicitur per quam primò feudū acquiri-
tur. tit. 32. lib. 2. F. Ejusq; solennitates substanciales
sunt hæc. i. Ut investiens in re præsenti constitutus,
aut extra eā, tradito signo aliquo loco rei dicat in-
vestiendō, Ego te investio de hoc prædio, ut illud
habeas in feudum. arg. d. tit. 2. in pr. lib. 2. F. Bocer. de
investit. feud. c. 4. n. 3. 2. Ut solēnis adhibeatut testifi-
catio, quæ sit aut testibus aut instrumento; Quoru-
tamen alterutrum sufficit. tit. 3. tit. 4. lib. 1. F. & ibi tit.
2. §. 1. lib. 2. F.

49. Idonei testes, in præsenti negocio, sunt ho-
mines liberi, non servi. tit. 58. §. 1. lib. 2. F. Masculinō
fœminæ. tit. 32. in fine lib. 2. F. pares curiæ, non extra-
nei. tit. 2. §. 1. tit. 4. §. 1. & §. item vasallus. tit. 10. in pr. lib.
1. Feud. tit. 32. & 33. lib. 2. F. Alioquin si extranei adhi-
biti fuerint investitura pro infecta habetur. d. tit. 32.
Nisi pares curiæ non habeat investiens; aut ipso-
rum

rum copiam in præsenti haberi non possit. tit. 33.
vers. nec dicatur lib. 2. Feud. Quid autem si errore
quodam pro paribus extranei adhibiti fuerint?
Nō sustinebitur investitura. arg. d. tit. 2. §. 1. tit. 3. tit. 4.
lib. 1. F. vide Bocer. in de investit. feudi c. 4. n. 66. Atque
hæc eadem in clericorum quoque feudis, quæ de
suis bonis concedunt, obtinere verius est; secus si senti-
dum de bonis Ecclesiæ dederint. arg. tit. 26. §. hæc o-
mnia. lib. 1. Feud. & tit. 32. in pr. lib. 2. F. Quod ad nu-
merum testiū; putamus, ut regulariter in cæteris a-
ctibus; ita & hic duos sufficere. Sneidevrin.
in Epit. feud. part. 4. n. 12.

50. Altera iesitationis species, ad investituræ a-
ctum, æquè atq; testes, necessaria, est scriptura, sive
instrumentum, quod vulgo breve testatū dicitur.
tit. 3. & 4. lib. 2. F. Bocer. d. c. 4. n. 70. Ad cuius confecti-
onē adhibēdi sunt testes pares curiæ, siquidē haberi
possunt, qui instrumentum subscriptibant. tit. 2. in pr.
lib. 2. F. tit. 32. §. 1. eod. Bocer. d. c. 4. n. 73. Vult. cap. 7. n. 42.

51. His investituræ solennitatibus vulgo annu-
merat juramentū fidelitariss; cum tamē illud non sit
pars investituræ substantialis, sed investiturā sequas-
tur. tit. 4. & tit. 7. lib. 2. F. Interim tñ. omnino necessa-
riū est, ut nisi specialiter investito remittatur, nō in-
telligatur facta ei investitura, qui jurare recusat. tit.
3. infine lib. 2. F. Nec excipimus feudū francum; Nec
modicum feudum. Bocer. d. c. 4. num. 13. & seqq. Sed
solum impuberem. tit. 26. §. si minori. lib. 2. F. Et ejus
exemplo furiosū atq; similes fati infelicitate ad ju-
rādū inhabiles. Vult. d. c. 7. n. 37. Quanquā in arbitrio
sit investiti per se, an per procuratorem jurare velit.

tit. 3. §. 1. tit. 58. §. item investitum. lib. 2. F. secundum
formam & capita in tit. 5. & 7. lib. 2. F. descripta.

52. Externam formam investitura pactionibus
feudum constituentium accipit. arg. l. 7. §. quinimo.
ff. de pact. dum modo pacta sint de rebus licitis & ho-
nestis. d. l. 7. §. ait prætor ff. de pact. l. 26. ff. de V.O.

53. Quod ad qualitates, investitura fit aut purè,
aut in diem, aut sub conditione tit. 2. tit. 9. lib. 1. Feud.
tit. 35. lib. 2. F. Sub conditione, inquam, honesta lici-
ta & possibili, alioquin investitura nullius est, mo-
menti. arg. l. 31. ff. de O. & act. l. 7. ff. de V. oblig. §. Im-
possibilis, insit. de inutil. stipulat. Licita autem & ho-
nesta etiam illa conditio reputatur, qua sub casu
mortis Vasalli, adhuc viventis, feendumque possi-
denter, aliquis de feudo ad dominum reversuro in-
vestitur. tit. 3. & tit. 9. lib. 2. F. Quæ tamen investi-
tura, si post Vasallus feudi possessor liberos suscep-
perit, evanescit arg. l. 8. ff. de peric. & comm. rei vend.
Bocer. de investit. feudic. s. n. 19. Nisi forsan iijdem illi
liberi ante parentem vitâ fungantur. Vult. d. cap. 7.
n. 49. Et tantum de Nova investitura.

34. Vetus investitura, seu investituræ renovatio
est, definiente Feudista, quæ fit à domino successo-
re, vel vasallo successori. tit. 32. lib. 2. F. Quotiens e-
nim mutatio aliqua vel in persona domini, aut va-
salli inciderit, tortiens petenda est investituræ reno-
vatio ob rationes, quas exposuere. Vult. in d. c. 7. n.
58. Rittershuf. in part. lib. 1. c. 9. q. 11. ita ut si intra an-
num & diem. tit. 24. fo. & 55. lib. 2. F. neq; pet semet
ipsum, neque per procuratorem. tit. 3. d. lib. 2. teno-
vationem petient vasallus, ejusve successor, feudo
cedat.

cqdat: Nisi minorenis aetatis fuerit. d. tit. 24. 40. &
55. Currit autem hoc tempus ab eo die, quo primum
resciverit vasillus aut successor ejus, talem mutationem
incidisse. Vult. d. cap. 7. n. 68. Wesenbec. de feud.
cap. 8. n. 7. Idemque in milite est quod in pagano. arg.
d. tit. 24. 49. & 55. Vult. d. cap. 7. n. 61. Zas. in Epit. part. 7.
n. 1. Neque invito vasallo potest vel prorogari vel
coarctari. Vult. d. c. 7. n. 62. Borcholt. c. 7. n. 36.

55. Petenda porrò est investitura tempore &
loco seniori oportuno, cum debita reverentia &
honoris præfatione. Vult. d. c. 7. n. 100. Zas. d. part. 7. n.
13. Facienda verò est eodem tenore iisdemque pactis
& conditionibus, quibus prima illa facta erat. Sons-
bec. part. 4. n. 32. & seqq. Sneideruvius part. 4. n. 32. E-
andemque juramentum quoque fidelitatis subsequi
debet: etiam si in prima investitura vasillus pro se
& heredibus suis jurarit. Bocer. de investit. feudi cap.
4. n. 26. Aut vasillus seniorie ejusque successoribus
feudi legitimis fidelitatem jurato promiserit. Ritterhus. in pariuit. feud. lib. 1. cap. 9. q. 27. Adeò ut plures
ejusdem vasalli successores omnes & singuli, ut in-
vestituram petere, ita fidelitatem jurare teneantur.
tit. 26. Somnes. tit. 2. F. Borcholt. c. 7. n. 33. Wesenb. c. 8. n. 9.
Quanquam necessarium non sit ut omnibus & sin-
gulis domini successoribus juret vasillus. Vult. d. c.
7. n. 49.

56. Forma investiture veteris à novae discrepat
in eo quod cum ad novam investitiram requiran-
tur testes pares curiae, aut breve testatum à paribus
curiae confirmatum, sufficiant ad veterem investi-
turam quivis etiam extra curiae testes. tit. 32. vers. de
C 3 veteri

veteri lib. 2. F. Sonsbec. part. 9. n. 27. Sneidvv. part. 4. n.
15. & 28. Et tantum de investitura veteri & nova.

57. Vtraq; v. dividitur in propriam & abusivam.
tit. 2. lib. 2. F. Bocer. de investit. feudi c. 2. n. 70. Sonsb. part.
9. n. 2. Illa dicitur qua vasallus in rei feudalis possessio-
nē inducitur. d. tit. 2. junct. tit. 33. in pr. lib. 2. F. Wesenb.
d. c. 8. n. 11. Bocer. d. c. 2. n. 71. Hæc verò qua feudum
absque corporali traditione rei feudalis, vasallo so-
lenniter ceditur, tradito signo aliquo loco ipsius
rei. d' tit. 2. in pr. & tit. 33. in pr. lib. 2. F. utraq; igitur in-
vestitura dominium transfert. arg. tit. 25. lib. 1. F. tit. 1.
in fin. tit. 11. in pr. tit. 33. in pr. lib. 2. F. Duaren. de feud. c.
7. n. 6. Quamvis abusiva possessionem non transfe-
ratis in quam tamen vacuam cogitur Dominus va-
sallum mittere, ita ut nec præstatione ejus, quod va-
salli interest, liberetur. tit. 3. in fin. & tit. 20. §. si facta
lib. 2. F. Sneidevv. part. 4. n. 11. Sonsb. part. 9. n. 22. & 31.
Quin & propria autoritate cā vacuā ingredi potest
vasallus. arg. cap. ex literis extr. de consuetud. Wesenb. c.
8. n. 15. Sonsbec. d. part. 9. n. 30. Sneidevv. part. 4. n. 11.

58. Denique investitura est vel simultanea, vel
non-simultanea, sive singularis. tit. 1. §. 2. versic. quod
eris communiter. tit. 8. §. ult. tit. 12. in pr. & tit. 13. lib.
2. Feud. Bocer. d. cap. 2. n. 84. Simultanea dicitur qua
simul duobus vel pluribus vasallis facta est, sive
qua plures simul cōprehenduntur, de qua vide latè
& eleganter differentem. Bocer. in d. o. 2. n. 85. & seqq.

59. Investitura speciem continet præscriptio.
tit. 26. §. si quis per triginta lib. 2. Feud. Ad præscri-
ptionem verò, præter justum titulum bonamique
fidem requiritur. 1. Possessio 30. annorum. 2. Ut res
pos-

possessa sit tanquā feudum .3. Ut possessor à Domi-
no requisitus servitia feudalia ei præstiterit. *Vult. de
feud. lib. 1. c. 9. n. 4. & seqq. Duaren. c. 8. n. 2. Rittershus.
in partit. feud lib. 1. c. 18. q. 3.* Hocq; modo non solum
rei privatæ ac prophanæ; sed publicæ etiam. & Ec-
clesiasticæ feudum acquiritur. *arg. d. §. Si quis per tri-
ginta. Vult. d. c. 9. n. 8.* E converso a. Dominus rē feu-
dalē eodē modo pro libera possidēs, rei feudalis li-
bertatē præscribit. *Zaf. part. 6. n. 33. Rittersh. d. c. 18. q. 9.*
Quēadmodū etiā Dominus, fundi revera liberi no-
mine, servitia longissimo tēpore alij præstās, illum
feudalē facit. *Zaf. part. 6. n. 32. Duar. c. 8. n. 2. Vult. d. c. 9.
n. 16.* Quanquā vasallus neq; ipsius rei feudalīs domi-
niū diversum præscribat. *arg. l. 2. C. de prescript. 30. vel
40. annor. l. 8. C. de usu fr. §. 4. Inst. per quas person. nob. ac-
quir. Neq; à servitijs libertatē & immunitatē 30. an-
norum spacio sibi acquirat. Rittersh. d. c. 18. quest. 12.*

60. Ex feudo constituto & acquisito hæc circiter
jura vasallo competunt. i. Dominiū utile, sive quasi
Dominiū rei feudalīs. *tit. 8. §. rei a. lib. 2. F. Rittersh. in
partit. feud. lib. 2. cap. 2. q. 2. Duaren. c. 12. n. 1.* Directo
Dominio, singularū etiā rerum, penes seniorē ma-
nēte. *tit. 23. in fine lib. 2. F.* Quod ut ad vasallum trans-
eat, ne pacto quidē effici potest. *tit. 8. versic. quamvis.
& d. tit. 23. Zaf. part. 1. n. 8. II.* Possessio rei feudalīs
tit. 7. in fine. tit. 8. §. 2. tit. 22. & 26. lib. 2. F. Et quidem
civilis. *Rittershus. d. c. 2. q. 2. circa medium. Rosenth. in
synops. feud. c. 8. concl. 1. n. 10.* Quæ, ut supra diximus per
investituram solum propriā vasallo acquititur. *arg.
l. possidere l. quemadmodū ff. de acquir. poss. Vult. lib. 1. de
feud. c. 7. n. 10.* In successorem vero, quantumvis suū
here-

Quæ jura
ex feudo
competant
vasallo.

her edem, non continuatur ipso jure, l. 23 ff. de ac-
quir. vel amitt. p. R. Gödd. ad l. 24 de V. S. III. Ius percipi-
endi suos; faciendi fr. & us fundi feudal. tit. 23. in
fine 28. § his consequenter tit. 45 lib. 2. Feud. Et quidem
fructus quo vis indistincte Rittershus. c. 2. q. 2. Sons-
bec c. 10. n. 9. Non tamen thesauro in præd. o feu-
dal inventum; Qui casu fortuito inventus, sive à
tertio, sive ab ipso vasallo inter dominum feud. &
inventore en dividetur c. 1. art. 3. in fine junct.
§ thesauros f. de R. Div. & l. 2 ff. de acquir. rr. com.
Harpr. ad d. §. thesauros, n. 17. Bocer. de qualit. & differ.
feud. c. 4. n. 10.

61. I V. Ex feudo vasallus nascitur ius per-
cipiendi & lucrandi incrementa rei feudal. Nisi
fundus feudal sit limitatus, Aut dominus recepe-
rit aliquid vel reservarit ubi in fundo feudal. Aut
id quod à vasallo adjectum est fundo feudal, per se
non possit subsistere, tit. 4. §. si quis lib. 1. F. tit. 8. lib.
2. F. Rittershus in part. d. c. 2. q. 3. 6. & 7. pro eo autem
quod ita adjectum est ad majora servitia vasallus
non tenetur. Rittershus. d. c. 2. q. 5. Schrader. in tractat.
feud. cap. 6. n. 28. V. Ius meliorandi ac militandi in feu-
dalem. tit. 8. §. e contrario lib. 2. F. ibidemq. Schenck. Ba-
ro in fine. Vult. lib. 1. de feud. c. 10. n. 38.

62. V 1. Ius rem feudalem sine domini aut a-
gnatorum consensu subinfeudandi. tit. 9. in pr. tit.
26. §. beneficiū. tit. 34. §. similit. lib. 2. F. sed tib. his tamē
conditionibus, 1. Ut fiat subfeudatio illi qui æquè
sit habiliis ad serviendum. d. tit. 26. §. beneficiū. Andr.
Kohl. in tractat de subfeudis c. 2. n. 5. 2. Ut ijsdem fiat
legibus & pactiōibus quibus Vasallus feudum ac-
cep-

ceperat d. tit. 34. §. 2. lib. 2. Feud. Adeò ut si alia pacti
one subinfeudatio fiat, feudum amittatur, illudq;
ad dominum revertatur. arg. d. tit. 34. §. 2. & ibi
Schenck Baro n. 4. Schrader. part. 8. c. 2. limitat. s. n. 14.
3. Ut fiat syncerè ac sine fraude. tit. 3. §. 9. tit. 55. §.
Callidis. lib. 2. Feud. Qualis & illa est. quæ pecunia
recioque accepto facta est. d. tit. 3. §. 1. Andr. Kohl.
d. c. 2. n. 54. His conditionibus subinfeudari possunt,
tam feuda Regalia quam Non-regalia. Rosenthal. in
synopsi feud. c. 9. concl. 44. n. 10. Et tam Ecclesiastica
quam fœcularia. Zas. part. 9. n. 17. Rittershus. lib. 2. c. 1.
2. q. 14. Subinvestitus vero efficitur Vasallus non
primi senioris, sed vasalli subinvestientis. tit. 55. §. 2.
lib. 2. F. Schrader. p. 6. c. 6. n. 58. Kohl in d. tractat. de sub-
feud. c. 4. Vnde & superior dominus cogere non
potest vasallum vasalli sui ad servitia præstanta.
Kohl. d. c. 4. n. 38. Rittersh. d. c. 2. q. 15.

63. VII. Ius rem feudalem alij locandi. tit. 9. §.
donare, ubi Schenck Baro & Alvarott. lib. 2. F. Etiam in
longum tempus. d. tit. 9. §. donare. Rittersh. in d. lib.
2. c. 3. q. 36.

64. VIII. Servitutes prædio feudalí acquiren-
di & imponendi. tit. 8. v. Rei autem. lib. 2. F. Rittershus.
d. lib. 2. c. 2. quæf. 8. Borcholt. c. 8. n. 59. Servitutes, in-
quam, prædiales. Nam ususfructus feudo à vasallo
nulla ratione imponi potest. Curt. Jun. de feud. part.
4. q. 106. Sonsbec. part. 12. n. 103. Vult. c. 10. n. 41.

65. IX. Ius feudum refutandi. tit. 38. & 44. lib.
2. F. sive feudum sub certis, sive sub incertis & in-
determinatis servitijs concessum sit. Vult. d. c. 10. n.
76. Sonsbec. part. 12. n. 116. Sic tamen ut si antiquum

D

fie-

fuerit feudum , consensu agnatorum adhibeatur ;
alioquin refutatio soli refutanti nocebit. Sonsbec. d.
part. 12. n. 122. Rittersh. d. c. 2. q. 20. Fit autem Refuta-
tio non modo Domino ; sed etiam agnatis vasalli
proximis, liberisque ejus. Et his quidem tam novū
quam vetus refutari potest. Borch. de feudis c. 8. n. 55.
Vult. d. cap. 10. n. 77. Agnatis verò antiquum solum.
Rittersh. d. c. 2. q. 23. Vult. d. n. 77. Borcholt. d. c. 8. n. 56.

70. X. & ultimò consequitur vasallus ex feudo
jus actiones, absente etiā & ignorante seniore, exer-
cendi, sic ut quod ipse egerit, cogatur dominus ha-
bere ratum. tit. 8. §. reia. lib. 2. F. tit. 26. §. si vasallus. &
tit. 43. lib. 2. F. Itemq; de feudo, Seniore inscio, trāsi-
gendi. d. tit. 26. §. si vasallus. Vult. d. c. 10. n. 89. Borcholt.
c. 8. n. 44. Duar. c. 10. n. 12. Inq; arbitrum compromit-
tendi. tit. 34. §. si inter pares. tit. 44. 45. 46. §. si vasallus.
lib. 2. F. Vult. de feud. lib. 2. c. 1. n. 2.

71. Quare, ut ex his relinet, omnia jura , quæ
domino in re sua competunt, etiam vasallo tribu-
untur, excepto unico, jure videlicet alienandi,
quod vasallo ademptum est. tit. 52. & 55. lib. 2. Feud.
Etiamq; magna aliqua necessitate prematur. tit. 9.
§. necessitate. & d. tit. 55. in pr. lib. 2. Feud. Zas. p. 9. n.
13. Schrader. part. 8. c. 1. n. 21. Wesenbec. c. 11. n. 2. Alie-
nationis autem verbo hoc loci quemvis actum in-
telligimus per quem dominium transfertur. arg.
d. tit. 55. in pr. & l. i. C. de fund. dot. Non igitur licet
vasallo feendum donare. d. tit. 9. §. donare. Nec in
dotem aut proper nuptias dare : quamvis mulier
ipsa feendum, quod habet, marito suo dotis nomi-
ne dare possit. d. §. donare & tit. 13. lib. 2. Feud. Zasius
part.

part. 9. n 7 Rittershus. d. c. 2. q. 26. & seqq. Nec videret. d. tit. 55. Nec permutare. d. tit. 55. versc. habbit ergo consilio. Vult. d. c. 10. n. 50. Borcholt. c. 8. nu. 40. Rittershus. lib. 2. c. 3. q. 22. Nec in Emphyteusin concedere. d. §. donare. Duaren. de feud. c. 12. nu. m. 8. Vult. d. c. 10. n. 47. Nec oppignorare. d. tit. 9. & tit. 55. lib. 2. Aut hypothecare. tit. 52. lib. 2. Feud. junct. b. fin. C. de reb. alien. Sonsbec. part. 12. n. 100. Vult. d. c. 10. n. 43. Nec denique in solutum dare. d. tit. 52. & 55. lib. 2. Feud. Zaf. d. part. 9. n. 5. Nisi forsan, si novum sit feudum Dominus in alienationem consenserit. arg. tit. 8. & 39. lib. 2. Feud. Aut si antiquum dominus simul & agnati ad quos beneficium quandoque est reversurum. d. tit. 9. intr. Quanquam & tacitus horum consentius iussic peace. arg. l. 14. ff. locati. Rittersh. d. lib. 2. c. 3. q. 9.

72. Seniori sive domino feudi, ex constitutione feudi, acquiritur vasalli fidelitas: Quæ consistit I. in Reverentia & honore, quæ vasallus, etiæ irrequisitus, quovis tempore & loco domino exhibere debet. Hinc absq; venia magistratus nō potest dominum suum in jus vocare. Vult. d. c. 10. n. 22. Zaf. part. 7. n. 49. Nec famosâ actione aut exceptione pulsare. arg. l. II. §. de dolomalo l. 4. § adversus. ff. de dol. mal except. Schrader. part. 6. c. 7. n. 15. Rosenth. c. 10. concl. 23. n. 1. & seqq. Exceptâ perdiellionis aut læsa majestatis causa. Rittersh. in p. feud. lib. 2. c. 1. q. 8. Nec adversus eundem in causa criminali & civili modica, testimoniu dicere. tit. 33. §. similiter. lib. 2. F. Duar. c. 14. n. 15. Zaf. part. 10. n. 40. Neque ad juramentum calumnię praetendū eum adigere. d. tit. 33. vers. in quibus lib.

Quid juris
ex feudo
acquiratur
seniori
tit. 1. iii.
ff. 1. 1.

D 2 2. F.

2. F. Nec denique alia adversus ipsum suscipere qua
quaque ratione ejus famam & existimationem lę-
dere possent.

73. Secundo fidelitas à vasallo seniori debita
consistit in Taciturnitate; ne scilicet vasallus domi-
ni sui secreta consilia, sibi concredita, revelet. tit. 6.
lib. 2. F. Præterquam si hoc è re Domini esse puta-
rit; aut Dominus in hoc ei consenserit. Vult. d. c. 10.

n. 23.

74. Tertio in auxilio & consilio Domino præ-
standis. d. tit. 6. v. sed quia lib. 2. Feud. Idque tam belli
quàm pacis tempore. d. tit. 5. & 6. Kohl. de servit. feud.
part. 4. n. 34. Et tam ad dominum in causa justa &
honesta defendendum, quàm ad alium justè offen-
dendum. arg. d. tit. 7. & tit. 28. ubi Schenck Baro Smei-
devvin, part 5. n. 100. Nec tamen prius juvare tene-
tur vasallus dominum, quàm si ad hoc, ab ipso do-
mino, requisitus & interpellatus fuerit. tit. 7. & tit.
28. §. ad hoc lib. 2. F. tit. 21. lib. 1. Schrader. part. 6. cap. 6.
n. 38. & Andr. Kohl. in d. tr. p. 7. n. 3. & seqq. Etiam si sci-
at Dominum indigere servitijs. tit. 37. §. fin. lib. 2. F.
& tit. 55. §. firmiter. lib. 2. Schrader. d. n. 38. & Kohl. d. p.
7. num. 5.

75. Requisitus autem vasallus in propria per-
sona domino servire debet. Rittershus. d. lib. 2. cap. 1.
q. 31. Kohl. d. tr. p. 1. n. 159. Nisi justa causa impeditus
fuerit. Rittersh. d. q. 31. Aut tali personæ feudum
concessum sit, quæ ad servitia feudalia præstanda
inepta est. Forcat. de feud. c. 7. n. 5. Wesemb. c. 6. n. 22. Et
quidem suis sumptibus domino servire debet Va-
sallus. Zas. part. 7. n. 44. Rittersh. d. c. 1. q. 33. Nisi feu-
dum

dum sumptibus illis non sufficiat: Aut extra dictio-
nem domini militandum sit. Zaf. d. n. 44. Sicut &
damū, quod in expeditione pro domino fecit, ipse
vasallus sustinet. Rittershus. in part. feuda. d.c.1. q4.35.
Borcholt. c.1. n.27.

76. Iuvare, porrò debet vasallus dominum ad-
versus omnes homines, tit. 7. & 28. lib. 2. Feud. Non
tamen contra seipsum. Vult. d. c. 10. n. 28. Kohl. part. 3.
n. 30. & p. 4. n. 22. Nec adversus parentes. Cujac. tit.
28. v. sim. lib. 2. Feud. Zaf. p. 7. n. 30. Sonsbec. part. 11. n. 36.
Nec adversus liberos suos. arg. l.1. ff. ad L. promp. de
parricid. Nec adversus uxorem. Speculator. in tit. de-
feud. §. quoniam. n. 33. Nec adversus patriam suam,
aut patriæ parentem. Vult. d. c. 10. n. 122. Sonsbec. p. 12.
n. 6. Kohl. d. p. 3. n. 36. Nec adversus summum prin-
cipem. tit. 7. & ss. lib. 2. Nec denique adversus anti-
quiorem dominum. tit. 28. v. contra lib. 2. F. Adver-
sus quos ne quidem per subditū domino servire
debet. arg. d. tit. 28. Schrader. part. 6. c. 6. n. 20. & 21.

77. Iuvare autem debet vasallus dominum qui-
bus potest modis, tum manu, tum clamoribus, tum
objectu corporis; nec in periculo ipsum deserere
debet. tit. 24. §. 2. lib. 2. Feud. Quamvis propriā su-
am salutem vita domini postponere nequaquam
tenentur. arg. c. non licet. 23. q. 5. Vult. d. c. 10. n. 28. Kohl.
d. tr. part. 4. n. 21. & seqq. Captum ab hostibus, ut &
injuste carceri inclusum, si è bonis domini tantum
redigi nequeat, suā pecunia liberare debet. arg. tit.
24. §. Item si delator. lib. 2. F. & tit. 5. 6. & 7. lib. 2. Feud.
Kohl. d. part. 4. n. 40. Rittershus. lib. 2. c. 1 q. 42. Non
etiam ob delictum aut æris alieni magnitudinem

incarceratum. Rittershus. d. c. 1. q. 41. Schrader. part.
9. c. 8. n. 8. & seqq. Zaf. p. 7. n. 7. Kohl. d. p. 4. n. 50. & seqq.

78. Nec vero solum corpus domini vitam quae
tueri debet vasallus, sed etiam honorem ejus & ex-
istimationem: d. tit. 5. & o. lib. 2. Feud. Quin & quo
ad res cum iustis retinendas, tum iuste amissas re-
cuperandas, nosque acquirendas seniorem iuvare
cogitur. tit. 7. vers. 1. si contigerit ibidemq. Alvarott.
Schenck Baro & Hotomann. lib. 2. F. Kohl. d. p. 4. n. 60. &
seqq. Schrad. part. 6. c. 6. n. 14.

Quibus
modis feu-
dum a-
mittitur.

79. Feudum recte & legitimè constitutum &
acquisitum amittitur ob feloniam & delictum in-
ipsius dominum immediate commissum; idque
i. cum vasallus dominum occiderit. arg. tit. 24. §.
porro. lib. 2. Feud. Rittershus lib. 2. parit. cap. 5. q. 5. Nisi
fui defendendi gratia id fecerit. l. 3. ff. de just. & jur.
l. 2. & 3. C. ad L. Cornel. de siccari. Schrader. p. 9. c. 4. n.
54. & seqq. Aut ejus vitæ insidias struxerit. tit. 5. §.
similiter. lib. 1. Feud. tit. 17. §. si scienter. & tit. 24. §. por-
ro. lib. 2. Feud. Zaf. part. 10. n. 37. Secus si tantum de-
nce domini cogitarit. tit. 51. §. si voluerit. lib. 2. Feud.
l. 18. ff. de pœn. II. cum gravē aliquam & insignem in-
juriam domino intulerit. tit. 24. §. porro. lib. 2. Bor-
cholt. c. 8. n. 110. III. Si dishonesta injuria verbali e-
undem affecerit. d. §. porro. Rittershus. d. c. 5. q. 10. I V.
Si vasallus cum hostibus domini amicitiam copi-
laverit. tit. 57. lib. 2. Feud. Eaque cum fraude & da-
mino domini conjuncta sit. Zaf. part. 10. n. 32. Ritters.
d. c. 5. q. 12. Id quod in dubio prælumitur. Zaf. a. n.
2. Rittersh. d. q. 12.

80. V. Si vasallus sui domini delator extiteri
exim

exindeq; gravi damno dominum affecerit. tit. 24.
§. item si delator. lib. 2. F. Borcholt. c. 8. n. 112. Rittershus.
d. c. s. q. 19. V I. Si dominum de criminis capitali ac-
cusarit. arg. l. 10 ff. de jur. patron. l. 14. §. is demum eod.
Zaf. part. 10. n. 40. quantumvis Senior criminis illius
reus fuerit. Rittersh. d. c. s. q. 24. & seqq. Sonsber. p. 12. n.
48. Duar. c. 14. n. 14. Excepto eō si tuam suorumque
injuriam persequatur. Zaf. d. p. 10. n. 47. Wesenb. c. 15. n.
5. Aut pœnitentia ductus & abolitione impetrata
ab accusatione destiterit. Vult. c. 11. n. 27. Aut vero
criminis læsæ majestatis dominum reum egerit.
arg. Nov. 115. c. 3. Duar. c. 14. n. 15. VII. Si famosa acti-
one dominum pulsarit. Vult. d. c. 11. n. 27. Rittersh. d. c.
s. q. 25. vel quacunq; ratione famam ejus & existi-
mationem læserit.

§I. VIII. Si aduersus dominum quantumvis à
judice jussus testimonium dixerit in causa crimi-
nali, aut civili modica. tit. 33. vers. semiliter. lib. 2. F.
Excepta causa & controversia feudal. tit. 32. & 33.
§. quod a dictum. lib. 2. F. IX. Cum Vasallus aduersus
dominum in magna & gravi causa male judicarit,
sententiaque ejus in causa appellationis ex ijsdem
actis rescissa fuerit. Vult. d. c. 11. n. 27. Zaf. d. p. 10. n. 47.
X. Si arcana domini scienter, dolo malo, prodi-
dit. tit. 17 lib. 1. F. Etiam si doloso ejus proposito eve-
tus damni nō relipōderit. arg. l. 14. ff. ad L. Cornel. de
separ. l. 53. ff. defurt. Schrad. p. 9. c. 5. n. 52. XI. Cum fidelis
seniorem suū, agt feudū dolosē, seu judicialiter, seu
extra judicialiter abnegarit. tit. 26. §. vasallus si feudū
& tit. 24 lib. 2. F. XII. Si domino debita servitia de-
negarit. d. tit. 24. §. sed non est alia. XIII. Si Dominū
in.

in acie deseruerit. tit. 5. in pr. & tit. 21. §. fin. lib. 1. F.
tit. 24. §. ite qui dominum suum & tit. 57. lib. 2. Feud.
Etiam si pœnitentia ductus fugitivus in aciem redi-
erit. Sonsbec. part. 12. n. 14. X IV. Si grandem aliquam
jacturam Domino immixtare animadvertis, cam
non indicarit, nec si potuerit, averterit. tit. 24. §.
præterea. lib. 2. Feud. X V. Si dominum injustâ cu-
stodiâ detentum non liberaverit. Vult. d. c. 11. n. 46.
X VI. Si domino justitiam facere noluerit. Son. lec.
d. p. 12. n. 9. Zaf. p. 10. n. 43. X VII. Si denique intra
legitimum tempus investituræ renovationem non
petierit. tit. 27. lib. 1. F. tit. 24. 40. 55. lib. 2. F.

82. Amittitur præterea feudum ob delictum
in dominum per consequentiam commissum. Idq;
accidit, Si vasallus cum uxore domini. tit. 5. §. item
si fidelis. & tit. 21. §. fin. lib. 1. Feud. Aut sponsa ejus.
Sonsbec. p. 12. n. 18. Rittershus. c. 5. q. 102. Non etiam
cum vidua. Vult. d. c. 11. n. 31. Aut cum filia sororis,
neptive, vel nuru domini d. tit. 5. §. item si suprave-
rit. Zaf. p. 10. num. 24. Aut cum matre domini.
Vult. d. n. 31. vel cum sorore ejus, quæ adhuc in do-
mo domini est d. tit. 5. §. item si fidelis. Aut denique
cum pedissequa domini rem habuerit. Rittershus. d.
c. 5. q. 105. Et sive volentibus his, sive invitis hoc fe-
cerit. Schrad. p. 9 c. 2. n. 19. Zaf. p. 10. n. 27.

83. Amittitur etiam feudum ob res domini
læsas. Si nempe, domino inscio & inconsulto, va-
sallus feudum dolo malo alienet. d. tit. 5. in fine
& tit. 21. §. si quis miles. lib. 1. Feud. Ita tamen ut tu-
totum alienarit, totum amittat; sin partem, illa so-
lum parte mulctetur. Borcholt. c. 8. n. 32. & seqq. Item
si in-

si insigne aliquod detrimentum rei feudali intulerit. d. tit. 24. §. & præterea. lib. 2. F. Alijsve possessiōnibus domini damnum dederit. tit. 5. ver. statutum. tit. 7. v. et si contigerit. lib. 2. F. junct. tit. 21. lib. 1. F.

84. Amittitur insuper feudum ob culpam adversus extraneum commissam; si vasallus propriū fratre aut filium, non etiam fratrem domini, necaverit. tit. 24. ver. denig. & ver. si vero non in dominū. & tit. 37. in pr. lib. 2. F. Borcholt. c. 8. n. 102. Duaren. c. 15. n. 1. Alindve parricidium commiserit. Vult. d. c. 11. n. 34. Schrad. p. 9. c. 3. n. 25. Si hominem, h. e. convassallū suum interemerit. tit. 37. lib. 2. F. Vult. d. c. 11. n. 36. Si crīmē lāsē majestatis perpetraverit. Schrad. d. p. 9. c. 8. n. 18. Si deniq; incestum commiserit. Wesenbec. part. 12. n. 57. Zaf. p. 10. n. 29.

85. Poitremō feudum sine culpa vasalli amittitur Refutatione feudi. Wesenbec. c. 15. n. 1. Duaren. c. 16. n. 2. Præscriptione libertatis. Wesenb. d. c. 15. n. 3. Itemq; finitur morte vasalli absque legitimis feudi successoribus decederis. Duar. d. c. 16. n. 1. Et rei feudalis interitu. arg. §. fin. J. de usu fr. l. pen. C. eod.

86. Amittitur autem & extinguitur feudum culpa quidem & delicto vasalli non ipso jure, sed per sententiam judicis. tit. 21. lib. 1. F. Rittersh. lib. 2. c. 6. q. 15. Vult. c. 11. n. 50. Ceteris verò modis ipso jure, sententia etiam judicis non interveniente. Duar. c. 15. n. 4. Wesenb. c. 15. n. 9.

87. Amissum autem feudum, si quidē ob delictū in dominum commissum, revertitur ad dominum. tit. 37. lib. 2. F. sive feudum novum sit, sive antiquum. d. tit. 37. & 24. lib. 2. F. Zaf. p. 10. n. 10. Duaren. c. 17. n. 2.

E

Etiamsi

Etiamsi feudum expressè fuerit datum acceptum q; pro se & liberis suis. Fachin. 7. contr. 23. Idemq; obtinere putamus, cum ob alienationem feudi vasallus beneficio privarur. Duar. d.c.17. n.4.

Que acti-
ones feudi
nomine co-
petant do-
mino.

Que acti-
ones com-
petant va-
sallo nomi-
ne feudi.

88. Feudi nomine competit Domino feudi i.a-
ctio in rem directa, tāquam domino rei feudalis di-
recto. Duaren. c.19. n.7. Borcholt. c.9. n.21. 2. Condictio
causa dati causa non secuta, de re feudali, ob de-
negata debita servitia, repetenda. tit. 21. lib. 1. F. Rit-
tersh. lib. 2. c.8. q.14. Vult. lib. 2. c.1. n.17. sive servitia sint
certa, sive incerta & indeterminata promissa, d. tit.
21. Duaren. d.c.19. n.1. Quæ condictio datur etiam ad
feudum, ob feloniam extinctum, condicendum.
Borcholt. c.9. n.22. Rittersh. d.q.14. 3. Condictio ex le-
ge, si prædictis casibus dominus malit servitia exi-
gere, quam feudum repetere. Vult. d.c.17. 4. Actio
ex stipulatu, si servitia sint stipulatione promissa, ad
servitia debita præstanta. Duaren. d.c.19. n.1. Vult. d.n.
17. 5. Condictio ex lege, adversus extraneum de-
feudo in ipsum alienato restituendo. tit. 55. lib. 2. F.
junct. l. unioa. ff. de condict. ex lege. Rittersh. d.c.8. q.16.
6. Actio præjudicialis adversus vasallum se domi-
ni fidelem negantem. Rittersh. ind.c.8. q.15. Zas. ad §.
præjudiciales. f. de act.

89. Vasallo de re ipsa feudali competit utilis
vindicatio adversus quemcunq; possessorem. tit. 8.
§. rei autem. Rittersh. d.c.8. quest. 2. Vult. d.c.1. n.13.
2. De feudo ad exemplum fructuarij competit illi
Confessoria & Negotiatoria. Vult. d.c.1. n.13. Ant. Cont.
in method. feud. q.13. 3. Petatio hereditatis siquidem
hereditarium sit feundum. Rittersh. ind.c.8. q.31. 4. A-
ctio

atio ex stipulatione de feudo per stipulationē pro-
missō & constituto. *Vult. d.c. 1. n. 11. Borcholt. c. 9. nu. 10.*
§. Condictio ex lege, sive ex moribus ad id quod
dominus ratione contractus feudalis vasallo debet,
ipſi præstandum. *tit. 6. vers. 6. dominus quoq. lib. 2. F.*
Rittersh. d. lib. 2. c. 8. q. 5. 6. Interdicta tam adipiscen-
dæ, quām recuperandæ & retinendæ possessionis.
arg. tit. 8. v. rei autem. lib. 2. F. Borcholt. c. 9. n. 17. Vult. d.
c. 1. n. 15. Excepto interdicto unde vi. *arg. l. 1. §. 43. ff.*
de vi & vi armata.

90. Indices feudales sunt Dominus feudi: pares
Curiæ & Ordinarius loci judex. Dominus feudi in
controversijs feudalibus judex est, cùm de feudo
contentio est inter pares Curiæ. *tit. 55. §. penult. lib.*
2. F. Vult. lib. 2. c. 2. n. 10. Borcholt. c. 10. n. 17. Duar. c. 20. n.
2. Sive clericus sit dominus, sive laicus. c. ceterum
extr. de judic. c. extr. transmissa. extr. de foro comp. Borch.
c. 10. n. 25. Duaren. c. 20. n. 6. Et sive ipſi pares curiæ in-
vicem litigantes clerici sint, sive Laici. d. c. ceterum.
& cap. extr. transmissa. Sive deniq; feendum concessum
sit sub servitijs, sive sine servitijs. *Borcholt. d. c. 10. n. 20.*
Hoc tamen, quod haec tenus diximus, procedit, si
litigantes fateantur ultrō, aut per se constet illos
domini illius vasallos esse: Alioquin pares curiæ
judicabunt.

91. Pares curiæ judices sunt, quando contentio
est inter dominū & vasallū de cauſa feudū cōcer-
nente. *tit. 55. §. 2. vers. præterea. tit. 39. §. si inter. & tit.*
16. lib. 2. F. tit. 21. lib. 1. F. Vult. d. c. 2. n. 23. Borcholt. c. 10.
n. 5. Cujuscunq; etiam conditionis & qualitatis sit
dominus feudi. *Borcholt. d. c. 10. n. 6. Vult. d. c. 2. num. 23.*

Qui sint
judices
feudales.

Rittersh.d.c.9.q.6. Et quidem omnes pares curiæ simul cognoscunt & judicant; Nisi quosdam ad hoc elegerit dominus & totidem vasallus. tit.10.lib.2. F. Sonsbec. p.14. n.32. Rittersh.d.c.9.q.10. Quod si vasallus circa electionem tergiversetur, aut contumax existat, soli domino electio concedit. Rittersh.d.c.9.q.12. Vult.d.c.2.n.27. Idemq; dicendum si dominus in eligendo tergiversetur aut contumacem se præbeat. Schrader. p.10. sect.8.n.136. Ut autem solus eligit dominus, nulla nec consuetudine nec statuto induci potest. Zaf. part. II. n.14.

92. Ordinarius loci iudex certis duntaxat quibusdam casibus, in controversijs feudalibus judicat. 1. Si lis sit inter dominum feudi & vasallum, & pares curiæ ex justa cauſſa ſuspecti arguantur. Borch. d.c.10.n.11. Rittersh. in d.c.9.q.24. 2. Si dominus feudi nullos alios habeat pares curiæ. Borch.d.c.10. n.13. & Vult.lib.2.c.2.n.34. 3. Si paribus curiæ testimonium dicendum sit in eadem cauſſa. Borch.d.c.10.n.12. Vult. d.c.2.n.36. Rittersh.d.quest.24. 4. Si Dominus non à vasallo, sed ab extraneo conveniat, aut extraneum conveniat. Vult.d.c.2.n.32.

Qui fit
processus
feudalis.

93. Processus feudalis idem est cum eo qui in cauſſis civilibus dijudicandis observari confuevit: Nisi quatenus in jure feudorum circa illum aliquid singulare introductum reperitur: arg. tit. 1. lib. 2. F. Rittersh. d.c.9.q.29. Vult.c.3.n.2. Singularia autem hæc circiter jure feudali introducta deprehenduntur. 1. Quod vasallus dominum sine venia n̄ c̄ posſit in jus vocare. l.13. ff. de in jus voc. 2. Quod pares curiæ antequam cognoscant & judicent, non cogantur

gantur de novo jurare de recte judicando. Rittersh.
d.c.9.q.9. Borchlt.c.10.n.37. 3. Quod vasallus à domi-
no, quo cum litigat, juramentum calumniae exige-
re non possit, tit.33.lib.2. F. Quamvis contra domi-
nus, à vasallo jure possit hoc juramentum exigere.
Donell 24.comm.13. 4. Quod in judicio feudali testes
admittrantur solum masculi, non etiam foeminæ.
tit.32. §. fin.lib.2.F. 5. Pares curiæ, non extranei, ad
probandum scilicet novam investituram. tit.26. §.
testes verò. lib.1. F. Schrader. p.5.c.2.n.3. 6. Quod ad
ingratitudinem probandum requirantur quinque
testes, & quidem summae & integræ opinionis. tit.
57.lib.2.F. 7. Quod instrumentum, quo in judicio
feudali probatio fit, subscriptum débeat esse ma-
nu duorum parium curiæ. tit.32.lib.2.F. 8. Et deni-
que quod auctore quantumvis in probatione suc-
cumbente, reus non absolvatur; sed illi defensio ju-
ratoria detur cum 12. Sacramentalibus. tit.4. vers.
dabitur ei defensio. & tit.10.v. cum duodecim.lib.1. F.

F I N I S.



E 3

VALEN-

VALENTINUS GUILIELMUS

FORSTERUS J. U. D. & Professor

Suo Domino

Thomæ Schröero Neapo-

litano SiL.

S. P. D

 Etebas à me carmen
encomicū, Mⁱ THOMA, quod
nec denegasset, si non præsens hic
mearum rerum status esset. Etenim
tantum mihi non fido, (ut fatear quod res est)
quod adminiculis destitutus, verba benè rebus
accommodata sic quidem sub jugum Poëtarum
conferre possim, & in ordinem ac gyrum redigere
competentem, ut me certa spe lactare queam , ver-
siculos meos à viris cultioribus & doctioribus,
quorum hoc tempus admodum est fertile, non
iri reprehensum. Velim igitur, quod isto genera-
tuæ petitioni non satisfaciam , me habeas excusa-
tum.

Cæterum non deessent argumenta, laudes tu-
as prædicandi, (quod accipiunt vulgo sinistrè; sed
ego sic nec scriptum nec intellectum velim) & a-
lijs bonis ac probis viris te commendandi. Talem
enim in diversis collegijs meis privatis Institutio-
num

num & Feudali te præstisti, qualem modestum,
ingenuum, solerterem & discendi cupidum studio-
sum decet: Neq; dubito quin **Vir Clarissimus**
& **Consultissimus Dn: Helfricus Ulricus**
Hunnius, I. V. D., amicus meus singularis, sub
cujus præsidij hastenus æqualiter juri justitiaeque
militasti, prorsus idem sit testaturus. Sed ubi testi-
monia rerum adsunt, quid opus est verbis. An non
sub eodem **Hunnio publicè de Fructibus di-**
spatisti, nonne de juris Interpretatione libros me-
os in tabulam, & theses certas redigisti, & has pu-
blicè defendere suscepisti? Sed ne cum his con-
tentus, age nunc protinus disputationē Juris Feu-
dalis Synopticam, sub **D. HUNNII præudio pro-**
ponis. Macte virtute, **MI THOMA**. Nam hoc re-
vera dici potest, ire de virtute in virtutem; & certo
tibi persuadeas velim, virtute Duce, comite fortu-
na, te magna præmia suo tempore locoq; consecu-
turum. Quod ut faxit **DEUS**, animi tuis precor & o-
pto. Possunt etiam ii quibus eam dedicasti, te tui
voti facile compotem reddere. Nam ut res gestæ
testantur, ego quidē pro meotenuissimo judicio
censeam, **Ducatus Vratislavensis Præfectū,**
& ejusdem Rcipub. **Consules & alios Pa-**
tres Conscriptos imitari virtutes Veneti Se-
natus. Neq; verò quicquam assentatoriè vel in au-
rem hec dictum velim, **MI THOMA**, sed ut tibi
calcar addā, quod Græci dicunt, τὸν τεχοντα ὄργων.

Benē vale. Dabantur 12. Decemb: 1612.

Wittenberg. Diss., 1613/23

ULB Halle
002 673 304

3



VS 17

